



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Infantes.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

dicit, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

## §. 2dus.

Homines variarum etatum utriusque sexus.

Infantes.

**E**x ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Ps. 8. Nisi efficiamini sicut parvuli (humilitate & simplicitate) non intrabitis in regnum calorum. Matth. 18. Qui suscepérit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit, qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Ibid. Collige, quid meriti habeas ex instructione bona parvulorum, & quam severas habeas Deo reddendas rationes ex eorum seductione. Malitia parvuli estote. 1. Cor. 14. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum. Sap. 8. Quanta felicitas hominis unius respectu alterius minus felicem indolem sortiri! Relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiae. Prov. 9. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi, quae erant parvuli. 1. Cor. 13. Talis debet esse progressus respectu perfectionis in religioso. An jam potes dicere, quod

114      *Pars secunda de elevatione*  
quod in virtute à novitiatu creveris? vel an  
multum est, te in primo fervore perseverasse?  
& an non pessimum, nec ulla tenus coram Deo  
excusabile, ab eo te descivisse?

*Adolescentes, Juvenes.*

**F**illi, à juventute excipe doctrinam, & usque  
ad canos invenies sapientiam. Eccl. 6. Ado-  
lescens loquere in tua causa vix. Si bis interroga-  
tus fueris, habeat caput responsum tuum. In mul-  
tis esto quasi inscius, & audi tacens, simul &  
quarens. In medio magnatorum non praesumas, &  
ubi sunt senes, non multum loquaris. Eccl. 32.  
Benè observanda hæc homini juniori documen-  
ta, qui se se doctum, ingeniosum esse putat, &  
ad fastidium prudentiorum loquaculus est. Cum  
esset junior omnibus, nihil tamen puerile gessit in  
opere. Tob. 1. Hæc magna laus adolescentis:  
Fili sine consilio nihil facies. Eccl. 32. Sensus &  
egitatio humani cordis in malum prona sunt ab  
adolescentia sua. Gen. 8. Hinc & adolescenti,  
& ejus gubernatori contra nitendum. In quo  
corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo  
sermones tuos. Ps. 118. Tria sunt difficilia mibi,  
& quartum penitus ignoro, viam aquila in celo,  
viam colubri super petram, & viam maris in me-  
dio mari, & viam viri in adolescentia sua. Prov.  
30. Hoc quidem in sensu mystico applicatur  
Christo, sed in sensu literali verum est de quo-  
libet adolescenti utriusque sexus. Et hinc ora  
Deum sæpè, ut tuæ curæ commissos præserves.